

247

# M ANTONIVS MEMVS

D V X X C I.

*Creatus x. Cal. Aug. 1612. obiit 31. Ianuarii 1615.  
cum sedisset An. 2. Mens. 6. dies 9.*

## PRÆCONIVM VETVSTVM.

*Domi iustus, foris ferox Piratas exegi, bella externa sustuli. Pacata Italia,  
Aquila terræ Leo, mox Columba reduxi. Servavi, & propagavi Imperium.*



Ari merito aspirantibus ad diadema M. Antonio Memo, Antonio Priolo, Io: Bembo, Io: Mocenico D. M. Procuratoribus, in eo suffragiorum æstu ad Memum Fortuna declinavit, cogente forsan Natura, quæ Memum supra cæteros erexerat ab humero & sursum. D. Iacobi luce inauguratur cum

Anuum explevisset septuagesimum eà morum humanitate, & corporis maiestate, ut veluti Princeps coleretur antequam esset. Armavit illicò in Vscoccos, qui pyraticâ rabie Venetos contra Ferdinandum Archiducem Austriae concitaverant gravissimum scelerum minimè vindicem. Georgio Danicicchio Duce,